

D. D.
THESES
THEOLOGICÆ,
QVAS,
Suffr. Vener. Facultate Theologica,
SUB MODERAMINE
DN. DOÁ. JOHANNIS
WALLENII.

S. S. Th. Prof. Prim. & Archi. Præp.
Aboënsis,
Publice ventilandas sifit
SAMUEL CHYDENIUS,
Uht. Ostro-Bothniensis,
Die, si Deus voluerit 2. Maii 1746.

ABOÆ,
Exud. JOH. KIÆMPE, Reg: Acad. Typ.

6. 8

ПОСЛАНИЕ
АПОЛЛОНОВОЕ

СЛОВО ПРОСВЕЩЕНИЯ

БЫТИЯ И СИЛЫ

ПОСЛАНИЕ АПОЛЛОНОВОЕ


СЛОВО ПРОСВЕЩЕНИЯ

СИЛЫ

БЫТИЯ И СИЛЫ

СЛОВО ПРОСВЕЩЕНИЯ

ПОСЛАНИЕ АПОЛЛОНОВОЕ



Thef. I.

A Theos, qvi serio in animo convicti, sine
ulla conscientiæ reclamatione, palam pro-
fitentur, non existere Deum, vix ac ne vix
qvidem dari, evincitur vi locorum Rom. I; 19.
ibid 2: 15. Qvi vero ea statuunt, qvibus poti-
tis, seqvitur non dari Deum, recte dicuntur
athei theoretici, indirecte tales.

Thef. II.

Superstitionis eadem fere est foeditas ac **A-**
theismi; etenim sicut atheismus est defectus
ita supersticio est excessus religionis,

Thef. III.

SAlvo amore sui, Christus sola misericordia
se pro hominibus obtulit; qvod autem

⁴
tisfactio ejus acceptetur & gratis nobis imputetur, id justitiae bonitati & sapientiae Divinæ, unice acceptum est referendum.

Thef. IV.

Recite definitur Theologia per scientiam de religione.

Thef. V.

Eadem optime dividitur in *naturalem* & *revelatam*; Theologia iterum *naturalis* in *connatam* & *acquisitam* etiam a magni Theologis nominis dividi solet. Rom. I: 19. ibid. 2: 14, 15.

Thef. VI.

Luidunt operam, qui neglecta pietate sapere volunt, Prov. I: 7. ibid. 9: 10.

Thef. VII.

Maxime est conveniens iustitiae Divinæ, illos, qui gratiam ejus proterve contemperant

pserunt, æternis suppliciis adjudicari. 2. Thess.⁵
I. 6, 8, 9.

Thes. VII.

Christus pro omnibus hominibus, etiam si-
naliter incredulis justiciæ Divinæ satisfecit.
I. Timot. 4: 12. I. Joh. 2: 2.

Thes. VIII.

Licit Deus quidem ab æterno omnia prævi-
derit etiam actiones hominum liberas, hoc
ipso tamen non tollitur corundem libertas.

Thes. IX.

Invidia est peccatum fœdissimum, hominem
diris excrucians modis & angore stimulans,
estque fœterus odii affectus perniciocissimi.

Thes. X.

Pro latiori & strictiori notionis acceptione,
recte adstruitur, Christianismum, essenti-
aliter consistere & in vera fide & caritate,

I. Re-

i. recte credendo ac pie vivendo; & sola fide
a parte hominis absolvit. Act. 8: 37.

Thef. XII.

Expedit magis ecclœui Christiano, pios habere verbi Divini ministros, quam impios; licet efficacia verbi non dependeat ab integritate prædicantis. I. Cor. II: 1. I. Tim. 4: 12. I. Cor. 3: 17.

Thef. XIII.

Licet revelatio ea non dictaret, quæ sanæ rationi sunt contraria; cavendum tamen, ne ex arbitrio rationis nostræ; quia nobis sana videtur, de rerum Divinitus revelatarum veritate judicium feramus. 2. Cor. Io: 5.

Thef. XIV.

Spectra dari, nemo audebit negare; nisi, qui scripturæ S. contraria statuere velit. I. Sam. 28:

Thef. XV.

Angeli sunt essentiaz mere spirituales; nihil

7

hit enim obstat qvin possit Deus producere
creaturas finitas , corpore organico destitutas.
Prorsus igitur inficiamur , placitum illud Leib-
nizii Theodic. pat. I. §. IX. qvod scil. non
fit possibilis creatura rationalis , omnis materiae
expers. Psal. IO4. 4. Math. 8; 16. Ebr. 1; 7, 14.

Thef. XVI.

Logica & Metaphysica , præ cereris Philo-
sophiae partibus Theologiae studio lo fructum
spondent.

Thef. XVII.

Non sine periculo statui potest , Deum seni-
per id qvod nobis optimum videtur , eli-
gere ; sic enim facile labefactatur ejus libe-
tas Eccl. 8; 17.

Thef. XVIII.

Eæ verbis Scripturæ Sacrae jungendæ sunt
notiones , qvas corundem auctor Deus iis-
dem jungendas voluit. Illas tamen Spirit. S.
In animis legentium non immediate ; Sed me-
diare

diate scil. vi verborum, excitat. Fieri igitur potest, ut si in interpretanda Scriptura S. incauti simus, de veris notionibus hallucinemur. Joh. 5: 36.

Ihes. XIX.

Licer Paulus I. Cor. 7: 25. dicat se de virgini-
bus non habere *im&gyn& nvgis*, hinc tamen
non seqvitur, qvod ea qvæ ibidem tradit, pro-
prio ausu textui *εσωπηνευσα* immiscuerit. 2. Tim. 3:

16. I. Cor. 7: 40.

S. D. G.

